

2  
BASILII PLINII, RIGEN-  
SIS, LIVONI

CARMEN

DE COLORVM  
NATVRA, ET  
FAMILIA.



WITEBERGAE,  
Typis Simonis Gronenbergii,  
M. D. XCIX.

*Magnifico & clarissimo viro,*  
DN. NICOLAO REVSNERO  
I. V. D. COMITI PALATINO,  
& Poëtæ Laureato;

*Nec non*

Nobilissimis & Amplissimis  
Viris,

HEINRICO VLENBROKIO,

&

THEODORO RIGEMANNO:

*Senatoribus Reipublica Rigensis  
prudentissimis :*

Promotoribus, & Fautoribus  
suis colendis;

*Hoc Poëmation*

*Dicat, Consecrat,*

Basilus Plinius.



# DE COLORVM NATVRA ET FAMILIA

## CARMEN.

Llustrem mundi mundum, admiranda **COLORVM**  
Ingenia, & varios habitus, natalia, stirpem  
Fecundam, fido ingenuorum foedere mixta  
Iningia, & vulgi indiscreta evolvere furta,  
Pierius mentem calor incitat, evocat instans  
Curatandi fatalis amor molimina mundi.

Magne fave rerum Genitor, tua dia Potestas,  
Que jacet ingenij nostri sopita favillis,  
Per te expergefacta exsurgat, & abditapernix  
Naturæ penetret studio secreta sagaci:  
Verba animi erecti celeres sectata volatus,  
Perpere humi ulterius ne proculcata morentur;  
Sed prompto expediant dictata vigore, colores  
Sua coloratis pingant variata figuris.

Ergo Nihil postquam fuerat, primævaq; rerum  
Mina in informi foetu disponere mundi  
Omnipotente manu jacta, & commixta stupendis  
Disfidys nondum Deus affectaret, hiatus  
Immensi cassos Vacui occultabat opacis.  
Æterni incubitus nox intempesta tenebris:  
Æthereis cum accensa focis subito emicuit LVX,  
Atque agili saltu circum undique disycit umbras,  
Tristes nebulas risu confutat amœno,  
Nec mora, nec requies, hæc illuc com meat acta  
Anstrans loca sola suis, hilaransq; nitelis:  
Ingores solata graves fulgente lepore

Germinibus sese insinuat lactentibus orbis.  
Hinc distinctarum manifesto in lumine rerum  
Cernere erat facies sensim apparere, colore  
Quamq; suo insignem: Tunc demum agnoscere coelum  
Gaudebat, florumq; tapetibus undiq; amictam  
Tellurem stupuit lepide arridere maritam;  
Tunc admiratum sua respondentia in undis  
Ora sibi ostendi radijs succincta coruscis,  
Cœruleam & bullis stellarum per mare glaucum  
Distinctam noctis pallam splendescere in umbra.  
Nobile tunc lapidum genus, atq; ignobile quodq;  
Prætulit omnimodi varium vexilla coloris.  
Tunc pictæ volucres, reptantia monstra, gregesq;  
Muti squamigerum, & tot secula bruta ferarum,  
Quodq; suo incessit variante colore superbum.  
Rex Homo tunc demum cunctorum animantium in  
Conspicuis per membra novi, ignotiq; coloris  
Temperie blandâ emicuit, quocunq; vagantes  
Fert oculos, captis spectacula lauta colorum  
Dant epulas varias, satiari tempore nullo  
Quis oblectando, mentemq; implere tuendo  
Defessi possunt. Series tot mille colorum  
Adgestire modis lepidis miratur, & hæret  
Obtutu defixus in hos, mox pronus in illos.  
Salvete illustres, primi genus unde, colorum  
Stemmata diductum manat florente, Parentes;  
Lux maris instar habens; Tenebræ patiente Maria  
Obsequio; Vestrum Venere, & Iunone secunda  
Concelebratū Hymenæum: an quod foecundius usquam  
Conjugium, aut vestro felicius existit, orbis



Qua regna ampla patent? En cunctos noscite cœtus  
Rerum, quæ quondam viva, vel sensibus orbæ  
Annubij æterno coierunt lege ligatæ,  
Quæ vobis citius numerum censere nepotum  
Non queat? aut adeo vivax, quæ chara superstes  
Vidua natorum, gentisq; examina ab illis  
Progenita senio certantia desidis ævi  
Coram cernere. & ora recognita ubique tueri,  
Et mulcere sua, atq; illis ubicunque subinde  
Proximè adesse queat per consuetudinis usum?  
Vobis hoc solis concessum est; vos, ubi cuncta  
In cinerem interitus mala vis projecit avorum,  
Funera cunctarum rerum, ille se atq; perennes  
Exultatis; vos, mundum qui destruet, idem,  
Fatalis rogos an quoq; delere iste valebit?  
Distrahit assensum Ratio, suspendit, & aufert  
In primis stupefacta tuo Lux dia vigore;  
Tenihil exceptis Animis præstantius orbis  
Possidet, ô cœli decus! ô tutela fidelis  
Terrarum, vastiq; maris! Tu semine quicquid  
Vitali exoritur dias in luminis oras,  
Quodque vel exsenso motu concrevit agone  
Difficili superato elementorum, erigis, ornas,  
Florentiq; favore foves. Calor ille salutis  
Nostræ, & cunctarum rerum atq; animantium in orbe  
Vivificus præses, quicquid gerit, expedit almis  
Viribus, auspicijsq; tuis: Quo lumina spargis  
Theauri promissis radijs solaribus usa:  
Dia tui exultat vegetis animosus in armis:  
Quæ si tollis, hebet, segniq; sopore fatiscit.

O quis verborum digno celebrare paratu  
Te lux alma queat, que nobilitate verende  
Indolis exsuperas nostræ Rationis acumen?  
Certè divina est, terreni seminis expers,  
Omni & labe carens, fragiles supereminet omnes.  
Cœlestis Natura vices, fati omnis, & ævi.  
Nec minus uxorum Tenebrarum nobilis usus,  
Dusq; potens, generis quamvis obscurior ortus;  
Sed laudis splendore tuæ, letoq; vigore  
Conjugij arcanâ vi participante renident  
Condecorata, & communi letantur honore.  
Ille contuitum quæ majestatis acutur  
Expavere tuæ profugarum examina rerum,  
Hument excipiunt gremio revocata, foventq;  
Delassata, atque intenso jactata calore  
Componunt, Dominisq; suis, patribusq; quiete  
Conciliant stabili indulta. Vegetabile quantum  
Plantarum debet genus illis? Solis ab æstu  
Languidulum delumbato, exsorptq; vigore  
Illarum gelidis placidè respirat in ulnis,  
Æthereq; animum medicatum rore receptat.  
Quæ labor, & cursus, curaq; animalia, & ardor,  
Æstiviq; nitor Solis labefecit, anhelis  
Viribus exhaustis, lucis, calidiq; propinqui  
Alliciente sodalitio. cum exercitus omnis  
Spirituum e ductus penetrati ex corporis imo,  
Obnixè votis tenebras flagrantibus optant,  
Colliquefacto animo tenebrarum languidator pent.  
Ingenti desiderio; nigricante sub harum  
Palla ut spiritibus fuga, discursusq; negetur

Compulsis



Compulsis intra latebras, terrentibus extra  
Umbrarum, gelidiq; minis humoris, amico  
Vt sic curarum, & tristes sarcire laborum,  
Influctas liceat labes, solamine somni.

Hic tantis gentis omne colorum autoribus ortum,  
Deducit, quotquot visu comprehendimus isthoc  
In mundi circumcirca fulgente theatro:  
Seu mentito oculos ludant fulgore remoti,  
Confusosq; alio, atque alio apparere procaces  
Contentant fucos; seu cum splendore petulco  
Exagitent visum refugii; seu luce superbi  
Perspicua ex liquidis gliscant, solidisq; resulent,  
Alterius seu spectra fugaci in imagine substent;  
Denique seu fixo constantem ostendere vultum,  
Materiae hospitio inclusi statuere fideles:  
Quippe in tot diuisa tribus gens clara colorum est.

Ordine sed quali primævo à caule parentum,  
In certos diducta gradus generosa propago  
Profata sit, noscendum animis, oculisq; videndum.

Principio cum Lux Tenebrarum prolis amore  
Percita in amplexus serpsit, fructuq; potita,  
Letitiasq; fuit, fœcundi copula quales  
Conjugy gignit, virtute potentior acri.  
En primogenitum Natum suscepit honore  
Frontis prelustri, ingenijq; nitore parentis  
Exscriptam clarâ referentem in imagine formam;  
Nominè perspicui, complexum, testibus, usa  
Aere, & unda insigniuit, cœloq; dicavit.  
Alterâ sed soboles congressu nata secundo  
Conjugis instinctu vires superante viriles

Fœmineo sexu imbellis, cui nomen Opaci;  
Mater ut in cuius regnaret plurima vultu:  
Attribuit, terra commendavitq; fovendum.

Hec quoque conjugij veneranda lege ligata  
Progenere suis, sexus utriusque nepotes  
Viribus arcanâ in luctâ alternantibus, atque  
In sobolem fixo transfusus termino amatam,  
Perspicuo sic victrici virtute coacto  
Filius eximiâ facie color editus Albus.

Fortior at contra postquam superavit Opacum  
Robore densato, stabiliq; vigore maritum,  
Enixus Niger est sexus languore notatus  
Fœminei, ut mater torvo noscatur in ore.  
Hi primi antiquâ sunt simplicitate coloris  
Laudandi, ingenuâ, & pura qui fronte fatentur  
Castorum certum sese genus esse parentum,  
Nec profligatum polluto è corde pudorem  
Projecisse, nec alterius temerasse coloris  
Conjugij contra leges venerabile lectum;  
Nec furtim alterius Nate oppugnasse pudorem:  
Quos animi ingenui censura modestia simplex  
Commendat, non affectata superbia vanos  
Fallaci afficto variorum errore colorum  
Conspuit: O recti & veri indubitata Patrona  
Simplicitas! pravi & falsi pomposa superbis  
Duplicitas variata modis falsissima Lena!  
At quàm posteritas horum virtutis avitæ  
Oblita in fraudes, raptus, fastusq; protervos  
Degeneravit! Totum animo percurrere colorum  
Innumerum populum, vix ullum inveneris, in quo



Vel tennes umbras vultus, animiq; parentum  
Primorum liceat cognoscere. Promt us Eurus,  
Atque Aquilo adversis quando conflictibus acti  
Incubere mari, totumq; a sede volutum,  
Quisque sibi rapere obluctans contendit, adactos  
In sese refluxis fluctus incurfibus, a se.  
Ordine distincto poteris cognoscere, quam quot  
In certas series consanguinitatis avito  
Stemmate diducto in ramos gens ampla colorum  
Sit dispersa, queas certis distinguere signis.  
Usque adeo affines confudit turbida nodos,  
Concubitus sectando vagos, omniq; pudore  
Prodito adulterijs dubios miscendo nepotes:  
Non socerum a genero ut certum cognoscere possis,  
Non certum fratrem a fratre, aq; sorore sororem.  
Quantumcunq; tamen licet, attentabimus, omnes  
Si non, at certos quosdam potuisse juvabit  
Distinxisse gradus; quorum explorata propinquos  
Consociatio consorti, forsitan quoque coetus  
Affectu prodet, mentemq; per abdita ducet.

Imprimis tamen hoc certa ratione tenendum,  
Intimius si cognosci natura colorum  
Debet: nativo, atque interno lumine cunctas  
Res florere, quod in primo Lux subdidit ortu,  
Infertumq; fovet, studioq; ardente propagat.  
Promicat hac multis caelestis flammula rebus  
Subtili eximijs habitu per tempora noctis,  
Lumine cum neque tum Solis victore coruscâ  
Cecutit prostrato infirmo hebetata nitore;  
Sed tuto noctis spectare faventibus umbris.

Luxurient mirata suam donec licet audet.  
Carcere laterna nitido ceu clausa lucerna  
Per cornu accisum risu diffusa sereno  
Prospicit, atque hominum studiosa vicaria Solis  
Prospectum ducit, timida & vestigia firmat.  
Felium, & ex oculis rabidorum animosa luporum  
Fulgurat hæc latè scintillis acribus ardens:  
Hac suffusa cutim tenuem elucente corusca  
Lampyris; qua flammigenas imitata favillas  
Nocte viatorem terret fulgente volatu.  
Hac non una genus plantarum nobilis inter.  
Æmula sideribus succendit lumina florum,  
Incubuit terra cum noctis lucidus horror.  
Tunc etiam lapideum quidam, rutiliq; Pyropi  
Hujus congenita dispendunt lucis honorem:  
Hæc lepidè ex lignis carioso exanguibus ævo  
Blanditur tenero Lunæ pallore renidens.  
Hæc ovat in flammis terrestri mole caloris  
Divulsâ obsidione, fugamq; affectat ad æthram,  
In facie postquam se nudam ostendit amœna.  
Hæc ex nube micat scissa discordia postquam  
Agmina digladiantùm, inimicâq; tela vaporum  
Dissecit, tonitru & fregit reboante fragore  
Agresti comitatu exuta evadit in auras.

Fundamentum igitur cunctorum hæc flamma colorũ  
Nec non splendorum est: Huic si jungatur opacum  
Ex elementorum variâ ratione coactâ  
Congerie constipatum, substantia per se  
Tota quidem constat connata coloribus, at non  
Ornatus, tituli, & perfectæ insignia honoris,

Lumine



Lumine quæ confert illis Lux diæ ministro  
Ablegato perspicui trans æris oras.  
Nam lucis soboles Lumen virtute parentis  
Cuncta potens placidè contrectat corpora rerum.  
Castigat, penetrat, censet, Lucisq; sepulta  
Conniventes ingenita terrestribus umbris.  
Suscit at igniculos. & corridendo serenat,  
Atque jocis varijs armat, concentibus ornat;  
Vt pro textura varia, & certamine opaci  
Induat in facies varias se animata colorum.  
Isthæc flammula; Perspicuum quarum edita, raptim  
Postquam depinxit mundi simulacra, per omnes  
Diffundit partes, longè, lateq; propagans,  
Persuasusq; oculis miris commendat Elenchis.  
Namque oculi fabricam, humores, aurasq; nitentes  
Spirituum autorum visus concurrere fas est  
Ad producendos habitus, cultusq; colorum,  
Precipue ancipiti qui cum fulgore resultant.  
Visus postremo informat pigmenta nitore,  
Visus confirmat, visum nisi consulat, horum  
Naturas scrutaturus, quam enormiter errat;  
Haud secus ac qui naturas perpendit odorum,  
Quid sapor, atque soni, quid agat dolor, atq; voluptas,  
Consumtumq; animum frustra meditando fatigat,  
Tactus, & olfactus, Gustusq; ab agente vigore,  
Quisque sui obiecti, quibus afficiatur amatis  
Supplicijs, quaq; ista ferat ratione, modoq;  
Si ignorat, segnis nec cognovisse laborat.  
Quisquis agens tantum in rebus patiente relicto  
Rimatur, mutilos saltem illum noscere certum est.

Affectus.

Affectus, veriꝰ, Sophi neque nomine dignum.  
Ridiculum artificem quis non exploderet, aurum,  
Celatis animaturo notâ arte figuris,

Mansuetudo prius non explorata metalli  
Cui fuerit? qui quanta queat tolerare resistens  
Vulnera adacta styli assiduo non noverit usu?  
Sibila sed quanto magis hic, & sputa meretur,  
Qui ignoto visu cognoscere visa laborat.

Ergo connati, atque externi luminis usu,  
Mutuo & allusu, tum spisso stamine opaci,  
Perspicuiꝰ intertextu, tum denique visus  
Presidio, arbitrijs, & suffragante favore  
Cunctorum constat natura stupenda colorum:

Quas nunc per species certas lustrare parati  
Aggredimur, brevibusꝰ, includere versibus omnes,  
Qui modo cunque queunt distingui, oculisꝰ, notari.

Principio ergo color temet pulcherrime nobis  
ALBE iterum spectandum offer, tua signa secuta  
Precipua in mundo percurram corpora rerum,  
Innumeras variè in legiones didita passim.

Album, perspicuis, que primo libera fixo  
Consilio postquam coierunt condensata,  
Ex elementis naturam duxisse, quis ultra  
Ambiget, in rebus si dictis congrua noscet?  
Luminis ethereum fontem. Solem aspice: nonne  
Aera per purum fulget candore nitenti?

Maximus astrorum chorus an non cernitur albus?  
Cynthia precipue super aëra vecta serenum  
Quam blando candore micat! non cernis acervos.  
Nubium in ethereis campis albedine summa,

Perpesis,



Perpeſſis, aliquot lanis, certare lavacra.  
Veller a ſic nivium, pluviarum, atque aëris egra  
Congeries, minimeq; diu commercia fida,  
Spumag; deflagraſſe maris teſtata furores  
Id propius certo, & manifeſto in lumine monſtrant,  
Quin etiam in ſolidis, in queis eſt copula facta  
Firmior, aëris atque unda, tum terra vocata  
In partem venit conſortij, id amplius eſſe  
Indubitatum confirmant: deſtruxeris illa  
In tennes floccos ſi pulveris, apparebunt  
Alba magis, magis in tenuem quo trita farinam:  
Ceu ſunt cryſtalli, fragile & genus omne vitrorum.  
Huc ades & cognata cohors, patriaq; vigorem  
Indolis in rebus certa ratione revince:  
Lactis amice color, cerebri, ſpineq; medulla  
Nervorumq; cutisq; oculiq; unguisq; piliq;  
Semini, atque chyli: Florum nitidiſſima turba  
Huc ſtrophys applaude tuis: roſa candida florum  
Princeps, vos chyatis pulcherrima lilia panſis,  
Vos blandi narcifi, tu quoque lene papaver,  
Vosq; liguſtra, & tu nymphaea paluſtris amœna,  
Et qui præterea innumerus flos ſyndone fulges  
Candenti: ſive arboribus juvenilibus addis  
Dulce decus; ſeu qui clarum diadema frutetis  
Pubefcentibus indulges, ſeu mollibus herbas  
Succingis vittis, pulcris focalibus ornas  
Prata per, & nemorum latebras, vallesq; recurvas,  
Per montes, per ſtagna, amnes, vaſtumq; profundum:  
Omnis adeſto, atque unanimis co: ſenſibus undam,  
Aerq; autores verna cum luce fatere

Candoris,

Candoris, quo molliculè splendescis amictus.

At vobis multæ res dissentire videntur.

Terrestri & vestrum arbitrium torpore refutant:

Primo en succedunt collegia terrigenarum

Partium, in innumeris animantibus: arida ceu sunt

Ossa, ungues, rostra, atque rigentia cornua, dentes,

Inprimis Libyæ pecudis, gladij<sup>q</sup> nitentes

Neptuni gregis, & pelta, testæ<sup>q</sup> crepantes,

Lorica, cochleæ<sup>q</sup> domus, vaga tectæ<sup>q</sup> concha.

Parte alia occurrunt rigidissima marmora, cotes,

Argentum, silices, lapidum & sine nomine turba.

Hinc super accedunt calces, salium<sup>q</sup> proterva

Agmina, gypсорumque genus, stupide & cerussa:

Lignorum & cineres, & pallida funera, succo

A carie hæc spoliata, illi à rabie ignis atroci.

Cuncta hæc alba quidem, patriæ nec lucis egena,

Aëris atque undæ, sed se potiora tributa

Suscepisse negant; saltem aut retinere fatentur

Reliquias tennes: Domine at telluris alumna

Quod sint, atque eius largis quàm maxima donis

Robora possideant. gravitas, obstipaq<sup>q</sup> testes

Durities. (verùm exemptum te his convenit esse

Private argentum nature dote superbum.)

Cur ergo non sunt Nature lege sequaci

Nigra suæ qualis proprius color esse patrone

Creditur. Aut an aquæ gravitas accepta ferenda

Hæc sit, sicq<sup>q</sup> suo cedat color ille parenti

Terra intercedente aliqua lucis tamen almæ

Permulsâ, atq<sup>q</sup> obvelatâ vincente nitore?

Hic ratio impingit confusa fatemur; & ah quid

Explicitum



Explicitum tam perspicuè nos scimus in orbe,  
In quo non ratio scrutando claudicet, erret,  
Hereat, angatur, distorta, retusaq; passim  
Divellatur ab adversis affectibus, ipsas  
Res, atque effectus dum contemplatur acutè.  
Quàm facile est vacuis verbis præcepta Sophorum  
Ingenio absorbere propinata, atque docere;  
Materies rerum que prima, quid actio, quidq;  
Passio, quid color, atque calor, quid frigus, & humor,  
Quid siccum, quo pacto hæc res generetur, & illa  
Intereat, nostræ divina potentia mentis  
Qualis, quantaq; sit: quàm hæc contemplatio nuda  
Pruritu ingenium miro titillat, & effert,  
Consentire inter se cùm phantasmata Legum  
Non inconcinnis sensit Ratioibus, hæc quàm  
Exultat, quàm plaudit ovans, tumideq; triumphat!  
Ast ubi Natura sese in penetralia misit  
Ipsarum mores rerum, variosq; labores  
Ad normam legum expendens, censeñsq; putata  
Quàm subito perfecta scientia, delirare  
Incipit; assensus modo qui stabilitus ovabat,  
Terga dat impulsus rerum diversa docente  
Diffensu, & norma disconveniente recurvæ:  
Letitijs quantis tunc contemplando tumebat,  
Tristitijs tantis nunc experiendo gravatur.  
Qualiter in somnis dum vota recenset avari  
Mens secreta animi, cûi se invenisse videtur  
Thesaurum ingentem, tacito sub pectore tantam  
Fortunam sibi gratatur, latatur, ovatq;  
Sublatiq; animo præsumit prædia, cœnas,

Deliciasq;

Deliciasq; omnes vita sibi spondet amœna :  
Sed postquam redijt pulsus erroribus ad se,  
Sortis & antiqua cito conscia cura recursat .  
Et nihil esse videt quo sit letatus , inane  
Ludibrium somni curis gravioribus ustus  
Detestatur, & explodit, ceditq; cavillis.  
Natura Mystes Stagirita ignosce stupori  
Arctoo venerande meo, si congrua quinquam  
Consultis natura tuis obscura colorum  
Esse queat, me non fatear potuisse videre :  
Atque aliquid maius cum multis suspicer esse  
In rebus, præter pigra ista elementa, caduci  
Subsidia interitus, & diæ ergastula forma.  
Credam ergo ætherica, & magis officiosa subesse  
Rebus principia, in quæ diæ essentia vires  
Ut propius sibi iuncta suas transfundat, & edat  
Cuncta ministerijs horum sua munia promptis :  
Aspirantibus his veluti suffitus odorum  
Halat, & ex illis sunt condimenta saporum ,  
Sic quoque credibile est viva hæc pigmenta colorum  
Illis præcipuè fingentibus efformari,  
Congenita cum luce, licet conatibus ægra  
Officere ipsa velint diverso elementa colore;  
Præcipuè in rebus, quæ certo fœdere mixta  
Formam discretam retinent : Quæcumq; soluta,  
Atque imperfecto coitu concreta colores  
Quando ortum ex solis elementis ducere possint.

O quàm multa latent : non est res unius ævis  
Contemplatio nature, nec nititur agris  
Unius ingenij fulcris venerabile verum;

Aggrediens



Aggredienda alia est via, si qua prima sefellit.  
Simplex est verum, sed non que ducit ad illud,  
Sed varia est via distractas diversa per oras.  
Felix qui suus in mediam vestigia ponit,  
Libera quam Ratio, & comes Experientia monstrat.

Non ideo tamen absterrebor, quò minus orsa  
Persequar, obscurumq; ex his exsculpere verum  
Connitar rebus, que quanto in lumine claro  
Apparent oculis, tanta caligine densa  
Obducta latitant mentem: juvat ire priora,  
Quò non ulla viam signant vestigia, laudem  
In tantis rebus quicquam attentasse merebit.

Iam quoniam ostendi, que sint elementa coloris  
Albi per species, exempla<sup>q;</sup> plurima, restat  
Monstrandum, quo pacto oculos invadat amico  
Luminis externi complexu euectus in auras,  
Et quam afficiat ratione, ipsisq; probetur.  
Spirituum, qui oculis presunt, nitidissimus ordo,  
Fuci expers omnis, subtili & corpore constans,  
Latus in amplexum ruit obvius ilicet albi,  
Signa sui ut late misit fulgentis honoris,  
Cognatig; sui tunc consuetudine gaudens  
Luminis exultat, jactu dispansus amœno,  
Adsilit, includi renuit, quin sepe fenestras  
Proripit extra oculi sese, & sic causa doloris  
Est oculis, sibi languoris, dum pronus amore  
Letitie statuisse modum nequit: At color albus  
Spirituum hoc magis, atque magis fervore nitescit.  
Vividior magis & diffusa luce superbit,  
Ante alia ex rebus que sunt splendore polita

Ceu sunt argentum, gemma, nubesq<sub>3</sub>, nivesq<sub>3</sub>.  
Iam contra NIGER obtuso torpore supinat.  
Visivas acies, brutoq<sub>3</sub> stupore revinctas  
Impedit, involvit, cogit, remoratur, opacat,  
Otia sectari suadens constante quiete.  
Nimirum patria maestum illum lucis egestas  
Angustat, gravat, inconcinnis tristior umbris  
Ponderis horror terreni, & suffocat inique  
Ingenita tennes conatus lucis adese.  
Ergo Spirituum hunc insignes luce caterve  
Cognatae casum miserantes averfantur.  
Nigrum odit mixtum sibimet genus omne colorum,  
Ut decoris populatorem, seivumq<sub>3</sub> tyrannum  
Conjungi sed amat, tanto conspectius ut se  
Efferat, ostendetq<sub>3</sub> adiuta superbia forma  
Desidia nigroris ab ambitione remoti.  
Insidias nigri fugit, indignatur, & horret  
Viventum omne genus, suspectaq<sub>3</sub> signa pavescis.  
Idem autem niger in nonnullis roboris index  
Ingeniti certis animantibus esse putatur,  
Non uno quorum species noscenda colore,  
Cum invalidas vires pulcher color arguat albus.  
Sic nigris vis maior equis, quorum acrior armos,  
Colla per & lumbos viget, exsultatq<sub>3</sub> tororum  
Impetus, & graviore detonat ungula in hostem  
Pernicie, maiora infligunt vulnera dentes.  
Sic nigri rabies animosius audet, & ardet,  
Deseritq<sub>3</sub> canis, victrixq<sub>3</sub> triumphat abacto  
Discerptove, minor quamvis, cui discolor, hoste.  
Quo nigrior ruit obviam aper, tanto ora gelantur



Maiori pallore, tremoreq; divelluntur  
Turbidiore gradus venatori, acrius iste  
Obvia quam proturbet adunca fulmine male  
Strage canum edoctus, propria & discrimine vita.  
Caesaries sic nigra, oculiq; & concolor illis  
Barba virtum ostendunt animoso robore promptum  
Corporis, atque animi: rigidum ius serius in quem  
Parcarum exercet vires: quem pallida raro  
Agmina morborum oppugnant, quatuntq; dolore,  
Rariis expugnant valida virtute repulsa.  
Namque illis fortis moderamine membra calor  
Fulta vigent, qui terrestris fuliginis atra  
Nubila, spirituum pacem & molimina sevis  
Insidijs ne perturbent dispellere promptus,  
Et salvi fines protrudere corporis extra.  
Hinc quanto pollet maiori robore, tanto  
Agmina fumorum corradit plura, magisq;  
Secreta & succis reliquis exsuta probatis;  
Atque ita quod poscit quivis nutrimine puro  
Concesso solidat, confirmat, roborat artus,  
Vivificisq; viam promptam, & motricibus auris  
Preparat: hincq; salus, roburq; in corpore floret,  
Atque animi virtus se libera fortiter armat.

Præterea in reliquis dimensa proportio, & ordo  
Lucis opaciq; atque elementorum extat amico  
Concentu stabilitus: at in Nigro hem quibus horum  
Seditio confusa, & tristis facta ruina est  
Disidijs, atque horrendis sine lege rapinis  
Terreni marcoris, ut ausim triste sepulcrum,  
Nigrum dicere, non auctorem hunc esse colorum:

Quod mihi res cunctae persuadent indice certo,  
Ex eius quascunq; domo prodisse videmus  
Squalentes atrore rudi: Nihil extat in ullo  
Corpore viventium sub partis nomine nigrum;  
Sed saltem proscripta superflua nigra, capilli  
Sic multis nigri, nigra cornua, rostraq; nigra,  
Calcésque, setaq;, unguésque, hastaq; crepantes,  
Squamaq;, plumarumq;, & molles vellerum amictus:  
Et quibus incedunt protecta rigentibus armis  
Quadrupeda, & pisces, nec non reptantia monstra,  
Thoraces, clypeiq;, quibus color omnibus ater.  
Nonnullorum etiam nigra excrementa videntur.  
Vix ullam invenias plantam, cui flos niger extet,  
Aut folium, raris corium nigricante colore  
Radiciis, baccarum, atque imi stipitis horret.

Iam lapidum nigrorum, gemmarumq;, lutiq;  
Succorumq; docet pariter natura, colorem  
Nigrum illos traxisse ex tabe, & funere tristi  
Pigmentorum aliorum, atque esse cadavera, sive  
Excrementa extinctorum, tenuesq; tenere  
Reliquias lucis furtivae, & turbidae, & agra.  
Id quod consensu quoque suffragante, magisq;  
Perspicue demum ostendet fuliginis horror:  
Illa etenim ex rebus quocunq; colore politis  
Quas ignis laniat rabidi furiosa potestas,  
Disturbatq;, & confundit, disiecta resultat;  
Aercis auris abrepta, impulsaq; flammis  
Evomitur, profligatur, lassata vagando  
Corporibus donec, si qua appulit, innitatur,  
Connatum tristi incessans nigrore nitorem.



Deniq, carbones, in quos deservit ignis  
In somnum exhausto, lassosq, furore solutus  
Hoc manifestè convincunt: Mærotica tellus  
Hoc probat. Aethiopum nigro, fuscosq, colore  
Maurorum, quem fumorum telluris anhelæ,  
In poris & rari fluctus peperere coacti.  
In summa cute, & impacti, tostiq, calore  
Intento Solis supra caput impendentis.

Atqui siue parens pigmentorum esse putetur,  
Siue ruina niger; tamen hoc constante fatendum,  
Assensu, quod ad illorum quoque conferat ortum,  
Sed patiente modo; cœu fœmina, quando potenti  
Non adiuta viri virtute, ingentibus ausis  
Se solam accingit generanda proles, & impar  
Excidit, informem molem consarcinat, orbam,  
Sensibus & vegeto motu, vivoq, calore:  
Haud aliter Niger, obsequio submissus agenti  
Pigmento, aut paribus concurrens viribus æquis,  
Nobilium generi quorundam augmenta colorum,  
Ornatumq, velut genitrix industria confert:  
At sibi confidens soli, aut maiore redundans  
Luxu, conturbat speciemq, decusq, colorum  
Patritiorum, atque in plebeias turpiter infert  
Protruditq, domos velut invidiosa noverca.

Sed dudum ulterius, me ad seq, suosq, videndum,  
Insignes habitus reliquos procerum ordo colorum,  
Proclivem invitat, vultu arridente sereno.

Primum ergo Flavus reliquos purissimus inter,  
Ingenuâ qui ut simplicitate secundus ab Albo,  
Sic candore potens, opulentus lumine largo,

Atque ex principijs, elementisq; ordine mixtis  
Simplice perspicuo, nec discordante tenore  
Profatus apparet. Nam patrisante uitore  
Percellit visum pariter; sed blandius instat,  
Atque venecundos radiarum temperat ictus,  
Queis neque terrentur, neque divellantur ab ætæ  
Occursu visiva acies: Sic poma sapore  
Bacchaos latices imitantia, stringere linguam,  
Nec mulcere nimis commesta advertere possis,  
Sed magis impetere, & tenuem exercere salivam,  
Sentitur virtus acidi tandem acrior; at non  
Hoc blandè minus oblectat dulcedine linguam.  
Sic calor exultat qui tempore veris adulti,  
Non adolescentis tenero languere tepore,  
Nec mediæ estatis, cum Sirius arva fatigat,  
Prosubigitq; furor, rabidis fervere notatur  
Aestibus, ast ipso non blandius ille tepore  
Corporibus tamen alludit, cum longius illi  
Absit, & huic propius penè equis viribus adsit.

Iam verò Flavi genus innumerabile multis  
A sese differt gradibus: nativa relucet  
Gloria (qui in cælo apparet suus avocat ordo)  
Auripigmenti in tenuato pulvere, nec non  
Floribus in multis, ceu Solis flore vocato,  
Ranunculis, & Verbascis, tenerisq; genistis,  
Narcissis, Melilotis, Nymphæisq; serenis,  
Innumerisq; alijs, quos hic describere longum est.  
His similem multas res ostentare colorem  
Cernere ubique datur, vivas, vitâq; carentes:  
Hoc avium plumæ multarum insigne coruscant,



Hoc depicta volant reptantq; insecta per orbem  
Obvia ubi, que, hoc sunt lapides, succi, luta, gemma  
Illustres, tentoria apum hoc redolentia fulgent.

Ecce autem à patria qui nobilitate colores  
Defecere parum flavi, melioris honoris,  
Et fame obliti; aut se coeruleo implicuere  
Affines per concubitus; aut ira ruboris  
Ilos succendit facibus fulgoris amati  
Convictus contagæ affricta, deditq; superbos  
In vultus, animosq; Priorum exempla videntur  
In malis, tenerisq; pyris, rapiq; modestis  
Floribus, & ruta, atque alijs seu sensibus orbis,  
Seu viventibus in rebus: Simulacra sed extant,  
Posteriorum in crine croci, calthisq; coruscis  
Luteo & in saturato ovi, malisq; superbis  
Pænorum, & que auro certant Aurantia dicta.  
Virorumq; autem variantur utring; tenores  
Innumeris vicibus, pro ut tum victoria parti  
Alterutri ambiguo in certamine lubrica favit,  
Tum vel materies tenuis, vel crassa patrimi  
Conspiravit, vel dissensit luminis ausis.

Hunc verò sibi proponi indignatur amaris  
COERULEUS stimulus, atque egræ morsibus ustus  
Invidia: occurSAT patrie illi conscia virtus  
Indolis, atque ignominiam hanc perferre recusat,  
Simpliciora crepans generis primordia, simplex  
Et decus, atque habitus ornatos simplice cultu.  
Quamquam autem ex viridi, quali est arugo videnda,  
Purpureoq; pari mixtis ratione resultet  
Cæruleus: tamen hoc nil simplicitatis honori

Derogat, imò illum magis astipulatur, utrique  
Tam viridi, quam purpureo, cum viribus equis  
Subsit caeruleus, flavo, rubroq; subactis  
Seu iugulatis, seu certâ parere coactis  
Conditione, iterum distracta potentia iunctim  
Exsultat victrix in pura & simplice vultu.  
Qualiter unda tepens tepida sociata, caloris  
Languida tela pari conatu ubi frigus utrinque  
Fregit, dissecitq; innatum, pristina lassis  
Viribus atque animis insurgit fama receptis.  
Flavi ergo vanus non caerulee emulus audis,  
Nec projectum animum prodis, dum audire quod es vis,  
Et praeceptus honor merito te nonnihil angit.  
Qui sibi contemptus nimis est, alijs quoque sordet.  
Laudis amor laudandi animi est, & magna parantia.  
Hoc sed in aurem pauca: cave ne te efferat illuc  
Abripiâtque amor ille tui flagrantior, unde  
Mox victus recidas reprobante pudore notatus;  
Blandi censores nostri sumus: estimet alter,  
Nec personatâ te laude oculatioꝝ ornet,  
Sic demum quis sis semota nube videbis.  
Nobilior tamen, atque tuis subtilior umbris,  
Et spisso magis exsuperans est lumine flavus;  
Quamvis materia teraro stamine possis  
Iactare, ast eius nunquam aspirabis ad acres,  
Subtilisque habitus, tibi plus terrestris opaci  
Adjacet: interna tum deficiente laboras  
Lucis deliquio: Quod si ratione probari  
Non aliâ posset, manifestum redderet ignis  
Candelavé iubar, sub quo monstratus, ab atro



Caligas parvo distans discrimine, dum non  
Illud congenite lucis firmare potens sit  
Invalido pigro nictantia lumina somno:  
Flavus ubi proprio extimulatus lumine pallet,  
Pessundatque suas, tennes quas possidet umbras.  
Non quia terretur jubaris vincente nitore:  
Sed quia debilius nec certa lege juvatur:  
Cum non exterius partes vegetentur opaca,  
Mutuaque equivalens externi luminis absit  
Conjuratio, & officium, quod Sol locat illi.  
Cede igitur magis eximio contentus honore  
Non postremo inter consortes, nobilis ordo  
Simplicis ingenij quos turpibus eximit umbris  
Degeneris plebis. Tibi inest quoque gratia letis  
Delicijs foecunda suis: Tua pignora pulchra  
Indolis, Anchusam quis non amet atque hyacinthos?  
Quis non suspiciet Cyanos, Borriginem, & Alpes  
Cœruleis cyathis que Soldanella vocata  
Condecoras? quis non Anemonen diligat, & vos  
Consolidas, Aster teque Attice, & intuba, nec non  
Clematis insignes flores, teneramque chamedryn?  
Quis te in Sapphiris, & pulchra Iaspide cernens  
Non stupet, illustramque diu miratur honorem?  
Marmora commendas, avium decus addis amœnum  
Induvys, lepidè insectorum pallia pingis,  
Atque oculos leni palpas, placásque nitore.

Martius hos inter RUBER elatissimus ardet,  
Summo præ reliquis fastu regalis honoris,  
Divite luce ferox visum increpat, atque lacescit,  
Materie at spisso, siccoque indurus amictu est:

Hinc noctu ad faculas quoque luxuriare videtur,  
Scintillasq<sup>3</sup> oculis alacres magis intentare.  
Quippe sui juris cognati luminis ignes  
Expedit hoc tanto tunc promptius, acrior instans  
Cum neq<sup>3</sup> lux agitat refugos, neque turbat abactos,  
Sed lux flava facis simul assentitur opacis.  
Partibus, agnato colludens sponte colore.  
Cinnabaris tenui genuinus pulvere fulget,  
Cancrorum & coctis testis, cerasisq<sup>3</sup> tenellis,  
Atque alijs baccis, & fructibus innumerandis:  
Hoc anagallis mas, hoc sunt erratica dicta  
Condecorata papavera, humi & nascentia fraga,  
Ditis & in fundo collecta corallia Ponti:  
Psittacus hoc caput, axillas, caudamq<sup>3</sup> superbit  
Ornatus, volucrumq<sup>3</sup> aliarum turba minuta,  
Natura & lusus concha, & reptantia monstra  
Herbarum in pratis passim populantia succos.  
Iam duplici affectu à nativa laude recedit,  
Dum Flavi amplexus petit, & letatur amore:  
Tunc magis atque magis, quo largius huic indulget,  
Acrius atque ferocius inflammatur, anhelis  
Insultatq<sup>3</sup> magis radijs metuendus ocellis.  
In minio talis flagrat, candidisq<sup>3</sup> coruscis  
Quorundam ex grege Neptuni, rostroq<sup>3</sup> loquaci,  
Et planis pedibus Servatoris Capitoli.  
Hinc, cum cœruleo, postquam lenitus ab albo est,  
Assuescit, gravior magis, & mansuetior exit,  
Quo propius se illi atque intensius insinuavit.  
Talem presentat sanguis, coccus, rosa, murex,  
Iucundi cytini, & cariophylli, atque papaver,

Brasilia



Brasilie & succus, qui purus ab arbore manat,  
Pomaq<sub>3</sub> que lepidè roseo suffusa pudore.

Hi tres eximij qui simplicitate colores  
Excellunt, proprioq<sub>3</sub> à se splendore decori  
Distincti numerantur, & agnoscuntur ubique.

Mascula cœruleo cœtu commixta duorum

is duo pignora adulterij generavit, utrosq<sub>3</sub>  
ingenua probitate nothos, vultuq<sub>3</sub> modesto.

Ambo sunt castigatis affectibus, ambo  
Comes. urbani, gratoq<sub>3</sub> lepore petiti.

Acceptiq<sub>3</sub> oculis: ut qui neque luce feroci  
Immodice offendunt timidus, tenerasq<sub>3</sub> phalanges  
Spirituum, nec contristant caligine inepta.

Qualiter egelidus per aprici tempora veris.

Lascivit tepor, & vegetis circumsonus auris.

Gaudet adulantis Zephyri, nostroq<sub>3</sub> probatur.

Es desiderio expetitur flagrante calori.

Qualis quo laudatur apum vectigal amœnus,

Æthereusq<sub>3</sub> sapor gustum permulcet amatis

Mlecebris; qualis, quem aspirat blanda rosarum.

Gratia, odor prono dat blandimenta cerebro,

Deliciasq<sub>3</sub> facit, quas non fastidia turbant.

En VIRIDIS prior ut blanditur, ut attrahit in se.

Devincitq<sub>3</sub> oculos, ut gratis figit avaros,

Confortatq<sub>3</sub> moris, letoq<sub>3</sub> vigore serenat.

Ergo etiam nullo sibimet Natura colore

Indulgentius hoc placuisse videtur in orbe,

Vt cuius norat fastidia nulla futura.

Hoc coniunx cœli tellus fœcunda superbit.

Tota amicitia; hoc se silve, montes, freta, rupes

Comme

Commendant: hoc terrenarum gloria rerum,  
Deliciumq; merum se jaëtat in orbe Smaragdu:  
Ne loquar ignobiles lapides, insecta, volucres.  
Et quæ præterea se res comsisse virore  
Cernuntur plures, quàm verbis edere possum.  
Hunc verò flavum genitorem agnoscere, si non  
Experientia pictorum firmata doceret,  
Destua Plantarum possent folia ægra probare,  
Pallida quæ succo flavent cum exhausta vigenti.  
Quàm varijs igitur gradibus superare tributis  
Flavus cœruleum connititur, apparebunt  
Tot species viridis flavo assimilante nitore  
Confines: contra cum largius aucta redundant  
Semina cœrulei, magis hunc obscura referre  
Contendit facies viridis, diversaq; gliscit  
Pro modulis collatæ opera terrestris opaci.

Nec minùs alterius Juvenilis formæ renidet  
Blandè PURPUREI, non inficianda parentis  
Quæ soboles rubri est, variè & pro viribus huius,  
Vel validis, vel deficientibus alternare,  
Mox roseum, mox cœruleum referendo videtur.  
In facie nativâ æquatis viribus extat  
In nitido pulchra volucris Junonis amictu,  
Atque amethisto sobrietatis amore sereno,  
In flore Iride, Buglosso Triadiq; sacratis  
Floribus, & quos fert, quæ cervicaria dicta  
Herba, & quæ campanula, quæq; Aquilina vocatur,  
Terrestrisq; Hedera, Horminum, & Orchis amica patre.  
Infirme Veneris, viola & studiosa sopori.

Hinc atque hinc qui degenerant quocunq; colores  
Aspiciam



Aspicias, varij occurrunt in floribus, atque  
Infectis rebusq; alijs: Exempla Ruboris  
Vincentis prestant Sclarea, & Carduus, atque  
A folijs que dicta tribus notissima planta,  
Et rostrum que dicta ciconia, amœnaq; Lychnis.  
Cerulei in prunis, myxisq; potentia pollet,  
Pulsatillis, & Scabiosis, Gratiolisq;

Atque ita nobilium, & primorum constat origo  
Egregiq; habitus, mores, atque ordo colorum.  
Hinc plebeorum qua sint consortia, quiq;  
Serviles opera, spuria & primordia, restat  
Perlustrare vagis oculis, animoq; citato.  
Namque illis sua adest quoq; gratia: vilior horum  
Conditio, decus, & formas commendat & ornat.  
Nobilium, & subiecta effert conspectibus, atque  
Defessos oculos vicibus delectat amatis.

Ante alios cutis humane color exstat amœnus,  
Candori ex roseo admixto qui natus; ab illo  
Esto secundus, quo plumbum cognoscitur, albo  
Et nigro inter se mixtis qui prodit amicâ  
Temperie. Hinc juncto flavo, & candore resultat  
Pallidus, hinc Fulvus, tum Mustelinus, amœnus,  
AENEUS, & Sufus, tum qui à rubigine dictus,  
Tum ferrugineus, palearis, buxeus, & tu  
Ruffe, Ruber, quorum flavusq; albusq; parentes  
Certis noscuntur signis variante subacti  
Temperie, & varijs amplexibus intricati:  
Anigro, & rubro spadix, vinosus, & Helvus  
Proaucti. Autores nigrum, viridemq; fatetur  
Luridus. At Glaucus, tum Cæsus, atque Silanus,

Tum Venetus, Blavusq<sup>3</sup> genus cognoscitur esse  
Albi, & cœrulei. Quin Purpureus quoque multos  
Degeneres ex pellicibus, quibus usus amatis  
Suscepit natos, quos fama obscura recondit.  
Hi demum cuncti varijs congressibus inter  
Se confusi alios fœcundiùs usque propagant,  
Innumeros magis obscurâ, ignavaq<sup>3</sup> pudendos  
Indole; quos cunctos quisnam enarrare valebit,  
Nomina ne dicam, & cunctorum adpingere vultus?  
Ergo hinc me potiùs Genus ad prælustre colorum  
Converto, qui cum pompa radiantis honoris  
Subsultim venerandi equitant, visumq<sup>3</sup> laceffunt.  
At primo Informes qui oculis phantasmata bruta  
Non gemmis vegeti jubaris phalerata ministrant,  
Ostenduntq<sup>3</sup> procul mendacibus edita fucis,  
Expediam. Talis nitidi sub fornice cœli  
Cœruleus color apparet. Nam credere nolim;  
Quòd sint revera hoc cœli tabulata colore  
Imbuta, ut vani delirat opinio vulgi.  
Fuco omni cœlum, atque aer, qui subditus illi,  
Congenito fixoq<sup>3</sup> carent, sed habere videntur  
Cœruleum, qui oculis certa ratione modoq<sup>3</sup>  
Ex rerum ingenijs inducitur. Aspicias, aer  
Qui prope nos fluitat, quòd nullo appareat esse  
Pigmento infectus; procul at cum transpicias ipsum;  
Cœruleo apparet silvas, montesq<sup>3</sup> colore  
Consperxisse, aut delevisse, ubi longius exit.  
Nam non compositis densatur partibus aer,  
Verùm dispositis, multas quas linea recta  
Longinquâ serie hærentes simul undique differt;

Inducitq<sup>3</sup>



Inducitq; oculis persuasus ordinis astu.  
Ut credant fixum in silvis se cernere fucum,  
Corporis in raris cum longis tractibus idem,  
In densis qualis juvit, brevibusq; coactis,  
Prodeat. Hanc ipsam ob causam quoq; culmen olympi  
Ceruleum apparet medij trans aeris oras,  
Disita perspicuis perq; intervalla coactis  
Cortinis oculorum aciem fallacibus urget  
Ludibrijs hebetatam, & lassis viribus egram.

Hæc eadem est ratio arcani penetrare profundi  
Cur oculis viridi scrutantibus esse colore  
Suffusum videatur, aquarum excerpta capaci  
Urnâ perspicuis cum limpida portio vitris  
Lucidius visum ascitâ transmittat ab omni  
Tincturâ immunis: Viridis vero hic color ortus,  
Ceruleo, & flavo qui autoribus amplior umbris,  
Neptuni liquido cum crassius aere corpus,  
Et lucis radios magis implicet, atque retusos  
Supplantet, nec tam liquido visum ausit inire.

Iam nigror in puteis, specubus, patulisq; fenestris  
Tectorum, atque alto devexi fluminis alveo  
Quem videas, non tam tenebris productus ab atris:  
Non invisâ adeo cum sint isthæc loca soli,  
Intus & à claro niteant possessa diei  
Lumine; quam visum quod res quæcunque repostæ,  
Abstrusisq; latent complexæ anfractibus horum,  
Consuetâ, & rectâ nequeant ratione subire,  
Explicitas intro species, cum tramite recto,  
Inq; peditas non possint oculo insinuare,  
Exteriorq; aer, qui longius intercessit,

Visivas

Visivas acies magis occupet, intricetq;  
Vt confusa ex his rebus nigredo resultet  
Illisis, & dispulsis, quæ ostendere sese  
Gaudebant rerum idolis. Hinc suspice latum,  
Auroræ thalamum, & croceo splendore quadrigas,  
Solis & emeriti roseum mirare cubile:  
Quis color, & qualis condite gratia lucis  
Placatusq; lepor? quàm mira emblemata? quante  
Delicia, harmonia, & pictura faceta nitorum  
Profilit utriusq;, atque oculis applaudit amicè?  
Ipsa tuis placeas tibi mendax Græcia nugis,  
Veridicis nobis cura est rem prodere causis,  
Phœbeorum opus hoc radiorum est, Phœbus Apelles  
Picturarum harum est, sua quæis prænuncia, & ipse  
Suspicienda orbi exornare cubilia gaudent.

Viscera telluris percocta calore diurno  
Quoscunq; exspirant fumos, stupidosq; vapores,  
Libera seu circa terram, perq; aera ductent  
Agmina, & expandant incertâ sede vagantes,  
Sive in nubigenas lecta, & conscripta cohortes  
Contraxere, illi sunt harum certa colorum  
Materies, illos animat, varièque figurat,  
Prout crassi, aut tennes fuerint Sol, proutq; potentes,  
Aut spissa radiorum illos subiere phalanges,  
Aut rare, & delumbata, dum longius ause  
A signis, & subsidijs procurrere castrî.

Per tennes ergo, atque animosa luce vapores  
Vivificatos, tum Flavus, Croceusq; renidet.  
Nubibus ex spissis, magis imbelliq; subactis  
Conflictu radiorum alacri fulgore minatur

Confertim



Confertim Rutilus : quantum hinc longinquior atque  
Crassior accumbit nubes, illamq<sub>3</sub> salutant  
Enerues pigrius radij, variare colores  
Sensim etiam videas, umbrisq<sub>3</sub> involvere sese :  
Hinc Roseus, tum Purpureus, tunc denique Fuscus  
Ostendit sese, Phæboq<sub>3</sub> sub æquore toto  
Immerso, navi ingeniti nigroris, amœna  
Qui modo splendebant, confundunt nubila mœsta,  
Attonita & metuendo oculis terrore remittunt.

His ex principijs etiam variata colorum  
Illa acies constat, quæ noctis sæpe sub umbris  
Ventis suppetias latura per æra purum  
Dimicat, & belli nitidis simulacra sub armis  
Cum strepitu ciet, & spectâclis mille colorum  
Preside sub Luna, reliqui Astrorumq<sub>3</sub> Senatus  
Arbitrijs & permissu. Chorus ille nitorum,  
Circuitu Phœben qui versicolore vigentem,  
Singit, cum premitur tristi obsidione vaporum,  
His etiam ex causis apparet. Deniq<sub>3</sub> celi  
Æthereum decus Iris, ab his primordia causis  
Se majestatis lepida veneranda fatetur  
Duxisse, atque hos concentus hausisse colorum,  
Fimbria picta suæ quæis cycladis ardua fulget :  
Guttarum in speculis seu millibus ora renoscit.  
Pumila permixtis radijs sua Phœbus utring<sub>3</sub>,  
Seu trans perspicuam propioris nubis aquose  
Crystallum appositam radijs convifat adactis,  
Atque eluctatis nubem, varieg<sub>3</sub> coloret,  
Pro variis radiorum obitu, & conamine opaci.

Quamquam autem omnibus his lucis iubar insinuatū

C Nubis

Nubis opacis, vel fumorum partibus isto  
Apparere dedit vario splendore colorum ;  
Aeris ingentes campi, & positura remota,  
Atque oculi tamen hos etiam stabilire videntur,  
Nec minimum ut tales variè enituerè juvare.  
Nam radiorum ut se longas simulacra per oras  
Promovèrè, oculis lassato lumine tandem,  
Illapsi vario nugantur honore colorum.

Tum verò ex rebus, seu quas Natura polivit,  
Sive ars, cum radijs oculos prensantibus exit,  
Et petulanti insultu qui color indignatur  
Arctius includi terrestri carcere opaci ;  
Primo à materia cum interno lumine mixta  
Solerti, atque operoso oritur moderamine, stanno,  
Aeri, auro, argento, chalybi, ferroq<sup>3</sup>, videtur  
Quale subesse, quod haud radios operitur & in se  
Luminis externi invitat, vigilante sed illos  
Excipit obviam lux excursu in limine primo,  
Applicitisq<sup>3</sup> suis radijs reverenter adorat,  
Atque inconfusos, quales venèrè, remittit,  
Insuper & blando liquidum trans aëra nutu  
Prosequitur patrie remeantes lucis ad oras  
Per tenues atomos, & luciditate vigentes,  
Advecti quibus appulerant. Sententia si me  
Non mea fallit, quid radij quicunq<sup>3</sup>, resultant,  
Corpore quocunq<sup>3</sup>, ex lucenti, atque arte polito  
Sunt aliud, quam multiplicata lucis imago  
Per tenues atomos repetita, exscriptaq<sup>3</sup> punctim  
Continua serie liquidas trans aëris oras,  
Ex centro atque superficie quæ corporis exit,



Et circum circa sua parva idola propagat,  
Mira luxurie, mirâq; licentia adaueta,  
Et vicibus penè innumeris, motuq; stupendo.  
Non autem crassi illi atomi, colludere Solis  
In conspectu quos cernis, prestare putandi,  
Hoc Soli posse officium, terrestris ineptâ  
Atque incompositâ indociles qui mole stuporis:  
Verum alia magis exiles, nitidaq; volare  
Inconspicte oculis liquidi aeris equore vasto  
Particula sunt credenda, quæ, vis mala postquam  
Interitus varias res demolita, resultant  
Æthereis ex principijs, profugiq; paternum  
Affectant cælum; interea hinc, atq; inde vagantes  
Lustrantur lucis refovente piamine, donec  
Corporibus rursus generandis suppeditentur.  
Horum igitur radios effingere idonea turba:  
Nulla alias oculis apparent, verum ubi recto  
Solem inter, nostrôsque oculos se tramite volvunt,  
Millibus in speculis hæc reddita spicula lucis  
Impingunt oculis petulante vigore vibrata,  
Spissa magis tanto, quanto vel segnius illa  
Visuæ evitant acies, ciliisque paventes  
Conniventibus avertunt; vel longius inter  
Visum, & vel propriâ, vel fictâ luce cornusum  
Corpus productum est spatium, posituraque certis  
Vtrorumque modis variat. Nam visus ad illa  
Sufficientem desperans reprimenda vigorem,  
Dum trepidat, cunctatur, & hesitat, acrius instant,  
Fulgentes cunei, & confusis viribus urgent  
Connixi: qui si propius tum viribus equis

Obluctantibus excipiuntur, disparere  
Distincti sensim incipiunt. AEtate vel usu,  
Vel morbo queis visus hebet detritus, in astris,  
Et rebus quacumq; nitent, advertere certum est,  
Et plures radios, spisso & magis agmine acutos,  
Quam quibus obfirmata viget, validéque rebellis  
Elidendo minas visiva potentia lucis.  
AETHEREI vector sic fulminis, arduus acri  
Remigio alarum nubes cum evasit hiulcas,  
Atque astris propior despexit fulmina, Phœbi  
Detonso in vultu obtutu subfixus acuto,  
Intentoq; heret blandè sua lumina pascens,  
Cæsaries radiata oculos cum nulla flagellet  
Spirituum valido, atque inconcusso agmine fultos.  
Sic supra terram qua vespere sidera sero  
Exoriuntur, fulgentes fidentiùs audent,  
Extricare comas, tenues, visiva, vapores  
Terrigeni postquam defendunt lumina nostra,  
Nubila, sed nimium radios, que spissa, trucidant,  
Quos vinxere, aditum reliquisq; excludere perstant;  
Tunc rubro apparet facies obtusa colore  
Obsessi Solis, tristique pudore fatiscit.

Quamvis perspicua atque illustria corpora tales  
Sunt sortiti atomi: tamen & terrestris opaci  
Contagem retulere aliquam, quam propter amœnos  
Certatim simulare, & dissimulare colores  
Sunt habiles. Hinc Sol pluere, & cribrare videtur  
Subtiles auri, argenti, rutilique pyropi  
Fulgentesque scrobes amethysti, alacrisq; Smaragdi,  
Illum oculos conniventes obtendere contra

Quando



Quando solemus. Sic quoque res quascunque politas,  
Inspicias, liquidas, atque ex bombice nitentes  
Aspiciere illum ipsum variatum cernimus imbrem:  
Imprimis specula, & pacati marmora Ponti,  
Quorum summa superficies equata receptat  
Color Solis, nullo intra extraque retortum,  
In fractu, quod rursus imitatum munia Solis  
Vicinos atomos, quos ordinat undique recta  
Linea, promittitq; oculis à se instruit, atque  
Lumine condecorat, paribusque exasperat armis.  
At verò in rebus, quae non equata perinde  
Linea per planum annexu conferta subegit  
Continuo, sed quae spatia, intervallaque passim  
Disiunxere, & hiulcis contorsere salebris,  
Integra non solis consurgit imago corusci,  
Sed simulacra pusilla atomis dispersa relucunt.  
Partitae lucis, variè vel consociatae.  
Hoc patet in saxis tritis splendore retuso,  
In testis, conchis, pannis, lignisque dolatis,  
Praecipuè magis in subtili stamine Arachnes,  
Atque avium pennis variarum, sive columbi,  
Sive pavonis, in his nostro alternante subinde  
Contuitu, Solisque examine, sive diei,  
Harmonias varias, splendores commeditari  
Cernere erit, mox picturatos undique thyrsos  
Intentare oculis, mox lascivo impete lychnos  
Fulgoris iactare alacris, contendere letis  
Saltibus, curiposque inopinos fundere picti  
Luminis, hinc atque hinc subito abriperò, atque referre.  
Quid tibi commemorem rutilum genus insectorum,

Quorum in pretextis variorum mira colorum,  
Ludibria, & splendorum scitamenta relucunt,  
Alternisq; oculos vicibus verniliter explent,  
Concinnisq; strophis sibi demeruisse laborant?

Denique conditio restat postrema colorum,  
Qui sine corpore ad alterius se effundere nutum  
Consuevere, & mendicata in imagine substant,  
Infirmi, instabiles. Postquam lux Solis adacta,  
Sive dies per perspicuum, seu fluxile corpus,  
Seu solidum adversus luxata anfractibus angit  
Sese, in subiecto lascivit corpore splendor  
Iricolor, qualis per aquas, vitreasq; fenestras  
Non raro apparet nobis mirantibus, atque  
Oblectatis subtili, argutoq; colorum  
Concentu inter se correspondentium amicè.  
Cum verò alterius proprij tinctura coloris  
Perspicuum infecit corpus, qui subjacet illò  
Informis color est etiam suffusus eodem:  
Per phialam emanans rubro que plena Lyca,  
Sic ruber apparet color ille pedisequus aque  
In mensa adpictus; Sic splendida vitra colore  
Quali picta nitent, talem illum effundere pronta.  
Tum demum à cunctis rebus quocunque colore  
Infectis, cum sunt sub sole aut luce locata,  
Assentantibus oppositas quoque tingere fucis  
Res videas, tacitoque oculos incessere nutu.  
In silvis alba qui veste vagatur amictus  
Permulsus viridi plantarum fulget honore.  
Nam à rebus species cunctorum efficta colorum  
Aeris in nitidi diffunditur equore vasto,



Hinc atque hinc, donec replicata repullulet ex se,  
Oppositisq; in corporibus se ostendere tentet,

Hec super ingenys, & clara gente colorum  
Exilium indicens curis, meditabar, amaris,  
Dum passim privata, animū, & mala publica tentant,  
Tu qui principium, tu finis carminis esto,  
Summe Deus, furias Martis compesce, repelle  
Pestifera invictam rabiem luis, elue noxas  
Peccati, & facilem hanc ad vitam suffice victum,  
Ut tua tranquillâ incolumes in pace stupenda,  
Ingenys nullis satis explorata, nec ullis  
A quoquam seclis penitus noscenda futuris  
In mundi complexu, opera, arcanosq; labores  
Scrutemur, veri & propius penetremus ad arcem,  
Ad famam, laudemq; tuam, nostramq; salutem.



*Luxuriem mirata suam donec licet audet.  
Carcere laterna nitido ceu clausa lucerna  
Per cornu accisum risu diffusa sereno  
Prospicit, atque hominum studiosa vicaria Solis  
Prospectum ducit, timida & vestigia firmat.  
Felium, & ex oculis rabidorum animosa luporum,  
Fulgurat hæc latè scintillis acribus ardens:  
Hac suffusa cutim tenuem elucente corusca  
Lampyris; qua flammigenas imitata favillas  
Nocte viatorem terret fulgente volatu.  
Hac non una genus plantarum nobilis inter.  
Æmula sideribus succendit lumina florum,  
Incubuit terra cùm noctis luridus horror.  
Tunc etiam lapidum quidam, rutiliq; Pyropi  
Hujus congenita dissipant lucis honorem:  
Hæc lepidè ex lignis carioso exanguibus evo.  
Blanditur tenero Lune pallore renidens.  
Hæc ovat in flammis terrestri mole caloris.  
Divulsâ obsidione, fugamq; affectat ad æthram,  
In facie postquam se nudam ostendit amœna.  
Hæc ex nube micat scissa discordia postquam.  
Agmina digladiantium, inimicâq; tela vaporum.  
Disiecit, tonitru & fregit reboante fragore.  
Agresti comitatu exuta evadit in auras.*

*Fundamentum igitur cunctorum hæc flamma colorum  
Nec non splendorum est: Huic si jungatur opacum  
Ex elementorum variâ ratione coactâ  
Congerie constipatum, substantia per se  
Totâ quidem constat connata coloribus, at non  
Ornatus, tituli, & perfectâ insignia honoris,*

*Lumine*